

et vivam : \* quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me:  
\* ego autem exercébor in mandatis tuis.

Convertántur mihi timéntes te,  
\* et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum  
in justificatióibus tuis : \* ut non confúndar.

**AÑA.** Angelórum esca nutrívisti pópulum tuum, et panem de cœlo præstítisti eis, allelúia.

**Capitulum. 1. Cor. 11.**

**F**RATRES : Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam com-memoratióнем. **R.** Deo grátias.

**R.** br. Panem cœli dedit eis,  
Allelúia, allelúia. Panem cœli

dedit eis, allelúia, allelúia. **X.**  
Panem Angelórum manducávit homo. Allelúia, allelúia. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto. Panem cœli dedit eis, allelúia, allelúia.

**X.** Cibávit illos ex ádipe frumenti, allelúia. **R.** Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

**X.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

**Orémus. Oratio.**

**D**EUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti : tríbue quæsumus ; ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiōnis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus : Qui vivis et regnas cum Deo Pa-tre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**X.** Dóminus vobiscum. etc. 20.

**AD SEXTAM.**

Pater noster. Ave María.

**f.** Deus, in adjutórium. etc. 9.  
**Hymnus.**

**R**ECTOR potens, verax, Deus,  
Qui témperas rerum vices,  
Splendóre mane illúminas,  
Et ígnibus merídiem :  
**E**xstíngue flammas lítium,  
Aufer calórem nóxiūm,  
Confer salútem córporum,  
Verámque pacem córdium.  
**J**esu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre, et almo Spíritu,  
In sempitérrna sæcula. Amen.

**Aña.** Pinguis est panis.  
**Psalmus.**

**D**EFECIT in salutáre tuum ánima  
mea : \* et in verbum tuum  
supersperávi.

Defecérunt óculi mei in eló-  
quium tuum, \* dicéntes : Quan-  
do consoláberis me ?

Quia factus sum sicut uter in  
pruína : \* justificatiónes tuas non  
sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui : \*

quando fácies de persequéntibus  
me judícium ?

Narravérunt mihi iníqui fa-  
bulatiónes : \* sed non ut lex  
tua.

Omnia mandáta tua véritas : \*  
iníque persecúti sunt me, áduva  
me.

Paulo minus consummavérunt  
me in terra : \* ego autem non  
derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam  
vivífica me : \* et custódiam testi-  
mónia oris tui.

In ætérrnum, Dómine, \* verbum  
tuum pémanet in cœlo.

In generatióne et generatió-  
nem véritas tua : \* fundásti ter-  
ram, et pémanet.

Ordinatióne tua persevérat  
dies : \* quóniam ómnia sérviant  
tibi.

Nisi quod lex tua meditatio  
mea est : \* tunc forte periísssem  
in humilitáte mea.

In ætérrnum non oblíviscar ju-

stificationes tuas : \* quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : \* quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me exspectaverunt peccatores ut perderent me : \* testimonia tua intelléxi.

Omnis consummationis vidi finem : \* latum mandatum tuum nimis.

**Q**uomodo diléxi legem tuam , Dómine ? \* tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudenter me fecisti mandato tuo : \* quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi : \* quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi : \* quia mandata tua quæsivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos : \* ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi :

\* quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia fáucibus meis elóquia tua,\* super mel ori meo :

A mandatis tuis intelléxi : \* propterea odívi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, \* et lumen sémitis meis.

Jurávi, et státui : \* custodire judicia justitiae tuæ.

Humiliatus sum usquequaque, Dómine : \* vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac, Dómine : \* et judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper : \* et legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores láqueum mihi : \* et de mandatis tuis non errávi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum : \* quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad facien-

das justificatiōnes tuas in ætérnum : \* propter retributiōnem.

**I**NQUOS ódio hábui : \* et legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus es tu : \* et in verbum tuum super-sperávi.

Declináte a me, malígni : \* et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscope me secúndum elóquium tuum, et vivam : \* et non confúndas me ab exspectatiōne mea.

Adjuva me, et salvus ero : \* et meditábor in justificatiōnibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuis : \* quia injústa co-gitatio eorum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ : \* ídeo diléxi testimónia tua.

Configé timóre tuo carnes meas : \* a judíciis enim tuis tí-mui.

Feci judícium et justítiam : \*

non tradas me calumniántibus me.

Súscope servum tuum in bo-num : \* non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum : \* et in elóquium justi-tiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam : \* et justifi-catiōnes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : \* da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi, Dómine : \* dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua \* su-per aurum et topázion.

Propterea ad ómnia mandáta tua dirigébar : \* omnem viam iníquam ódio hábui.

**A**ña. Pinguis est panis Christi, et præbébit delícias régibus, allel.

**Capitulum.** 1. Cor. 11.

**Q**UOTIESCUMQUE enim manducá-bitis panem hunc, et cálicem

bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. **R.** Deo grátias.

**V.** br. Cibávit illos ex ádipe fruménti. \* Allelúia, allelúia. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia, allelúia. **V.** Et de petra, melle saturávit eos. Allelúia, allelúia. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia, allelúia.

**V.** Edúcás panem de terra, allelúia. **R.** Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

### Orémus. Oratio.

**D**eus, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti : tríbue quæsumus ; ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus : Qui vivis et regnas cum Deo Pa-

tre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**V.** Dóminus vobíscum. etc. 20.

### AD NONAM.

Pater noster. Ave, María.

**V.** Deus, in adjutórium. 9.

### Hymnus.

**R**ERUM Deus tenax vigor,  
Immótus in te pémanens,  
Lucis diúrnæ témpora  
Succéssibus detérminans :  
Largíre lumen véspera,  
Quo vita nusquam décidat,  
Sed præmium mortis sacræ  
Perénnis instet glória.  
**J**esu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre, et almo Spíritu,  
In sempitérna sæcula. Amen.

**AÑA.** Vincénti dabo.

### Psalmus.

**M**IRABILIA testimónia tua : \*  
ídeo scrutáta est ea ánima  
mea.

Declarátio sermónum tuórum

illuminat : \* et intellectum dat  
párvulis.

Os meum apérui, et attráxi spí-  
ritum : \* quia mandáta tua desi-  
derábam.

Aspice in me, et miseré mei,  
\* secúndum judícium diligén-  
tium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum  
elóquium tuum : \* et non domi-  
nétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hómi-  
num: \* ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super  
servum tuum : \* et doce me ju-  
stificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt  
óculi mei : \* quia non custodié-  
runt legem tuam.

Justus es, Dómine, \* et rectum  
judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia  
tua : \* et veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus:  
\* quia oblíti sunt verba tua ini-  
mici mei.

Ignítum elóquium tuum vehe-  
ménter : \* et servus tuus diléxit  
illud.

Adolescéntulus sum ego, et  
contémptus : \* justificatiónes  
tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætér-  
num : \* et lex tua véritas.

Tribulátio et angústia invené-  
runt me : \* mandáta tua meditá-  
tio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætér-  
num : \* intellectum da mihi, et  
vivam.

**C**LAMAVI in toto corde meo, ex-  
audi me, Dómine : \* justifi-  
cationes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac :  
\* ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitaté, et cla-  
mávi : \* quia in verba tua super-  
sperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te  
dilúculo : \* ut meditárer elóquia  
tua.

Vocem meam audi secúndum

misericórdiam tuam, Dómine : \* et secúndum judícum tuum vi-vífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti : \* a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Dómine : \* et omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis : \* quia in æténum fundásti ea.

Vide humilitátem meam, et éripe me : \* quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícum meum, et ré-dime me : \* propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus : \* quia justificátiones tuas non ex-quisiérunt.

Misericórdia tuæ multæ, Dó-mine : \* secúndum judícum tuum vivífica me.

Multi qui persequuntur me, et tribulant me : \* a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tabescébam : \* quia elóquia tua non cu-stodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua di-léxi, Dómine : \* in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas : \* in æténum ómnia ju-dicia justitiæ tuæ.

PRINCIPES persecúti sunt me gratis : \* et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua: \* sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abo-minátus sum : \* legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, \* super judícia justitiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : \* et non est illis scán-dalum.

Exspectábam salutáre tuum , Dómine : \* et mandáta tua di-léxi.

Custodívit áнима mea testimó-

nia tua : \* et diléxit ea vehemén-  
ter.

Servávi mandáta tua, et testi-  
mónia tua : \* quia omnes viæ  
meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátiō mea  
in conspéctu tuo, Dómine : \* ju-  
xta elóquium tuum da mihi in-  
telléctum.

Intret postulátiō mea in con-  
spéctu tuo : \* secúndum elóquium  
tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hy-  
mnum, \* cum docúeris me justi-  
ficatiōnes tuas.

Pronuntiábit lingua mea eló-  
quium tuum : \* quia ómnia man-  
dáta tua æquitas.

Fiat manus tua, ut salvet me :  
\* quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dó-  
mine, \* et lex tua meditátio mea  
est.

Vivet ánima mea, et laudábit  
te : \* et judícia tua adjuvábunt  
me.

Errávi sicut ovis quæ pér-  
iit : \* quære servum tuum, quia  
mandáta tua non sum oblí-  
tus.

**Aña.** Vincénti dabo manna ab-  
scónditum, et nomen novum, al-  
lelúia.

**Capitulum. 1. Cor. 11.**

**Q**UICUMQUE manducáverit pa-  
nem hunc, vel biberit cálicem  
Dómini indigne, reus erit córpo-  
ris et Sanguinis Dómini. **R.** Deo  
grátias.

**R. br.** Edúcas panem de terra,  
\* Allelúia, allelúia. Edúcas pa-  
nem de terra, allelúia, allelúia.

**r.** Et vinum lætificet cor hómi-  
nis. Allelúia , allelúia. Glória  
Patri, et Fílio, et Spirítui sancto.  
Edúcas panem de terra, allelúia,  
allelúia.

**r.** Pósuit fines tuos pacem, al-  
lelúia. **R.** Et ádipe fruménti sá-  
tiat te, allelúia.

**r.** Dóminus vobíscum. **R.** Et  
cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

**D**EUS, qui nobis sub Sacramento mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquisti : tríbue, quæsumus ; ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus : Qui vivis et regnas cum Deo Pa-  
tre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**f.** Dóminus vobíscum. etc. 20.

AD MISSAM.

Introitus. *Psalm. 80.*

**C**IBAVIT eos ex ádipe fruménti, allelúia, et de petra, melle sa-  
turávit eos, allelúia, allelúia, allelúia. **Ps. ibid.** Exsultáte Deo adjutóri nostro : jubiláte Deo Ja-  
cob. **f.** Glória Patri, et Filio, et Spirítui sancto. **R.** Sicut erat in  
princípio, et nunc, et semper,  
et in sæcula sæculórum. Amen.  
**C**ibávit eos ex ádipe fruménti,  
allelúia, et de petra, melle sa-

turávit eos , allelúia , allelúia,  
allelúia.

**K**YRIE, éléison. **K**yrie, éléison.  
**K**yrie, éléison. **C**hriste, éléi-  
son. **C**hriste, éléison. **C**hriste,  
éléison. **K**yrie, éléison. **K**yrie,  
éléison. **K**yrie, éléison.

**G**LORIA in excélsis Deo, et in  
terra pax homínibus bonæ vo-  
luntátis. Laudámus te. Benedíci-  
mus te. Adorámus te. Glorificá-  
mus te. Grátias ágimus tibi pro-  
pter magnam glóriam tuam. Dó-  
mine Deus Rex coeléstis. Deus  
Pater omnípotens. Dómine Fili  
unigénite Jesu Christe. Dómine  
Deus, agnus Dei, Fílius Patris.  
Qui tollis peccáta mundi, miser-  
rére nobis. Qui tollis peccáta  
mundi , súscipe deprecationem  
nostram. Qui sedes ad déxteram  
Patris, miserére nobis. Quóniam  
tu solus sanctus, Tu solus Dómi-  
nus, Tu solus altíssimus, Jesu  
Christe, cum sancto Spíritu, in  
glória Dei Patris. Amen.